

**Cap. II**

Facultatem vero etiam episcopis damus, ut, si provinciae praeses negligens sit, et pragmaticam formam non inhibeat, sed ei, qui illam producit, conniveat, ipsi eam rem nobis significant. Ac si hoc didicerimus, illum tanquam criminis socium et de magistratu deiciemus et cingulo eum atque facultatibus privabimus, et eos, qui quacunquē in re iniuriam passi fuerint, indemnes praestabimus.

**Epilogus**

Tua igitur excellentia quae nobis placuerunt, et ex praesente sacra pragmatica forma cognoscens, operi et effectui ea tradere studeat.

Dat. XV. Kal. Sept. Constant. BELISARIO V. C. Cons. [535.] (1)

**EDICTUM XIII**

LEX DE ALEXANDRINIS ET AEGYPTIACIS PROVINCIIS

**Praefatio**

Si vel minima rerum nostra cura dignamur, certe multo magis quae maxima et quae rempublicam nostram continent non relinquemus, neque neglecta et competente ornata vidua sinemus, praesertim quum tua excellentia ministerio nobis sit, cui per omnia et nostra incolumitas, et rerum publicarum incrementum et subditorum nostrorum curae est. Considerantes itaque, quomodo superioribus temporibus, licet aliis locis publicae exactiones satis constitutae viderentur, in Aegyptiaco tamen tractu adeo confusae fuerint, ut nec quid in provincia ageretur, hic cognosci posset, et eius rei conturbatum ordinem, qui hucusque duravit, mirati sumus. Sed deus etiam hoc temporibus nostris tuoque officio servari voluit. Ut enim nobis frumentum inde adiciebant, sic nihil aliud contribuere volebant, sed subditi quidem omnia plene a se exigere omnino affirmabant, pagorum autem praefecti, et rei publicae administratores, et fiscalium exactores, et praecipue pro tempore praesides hactenus eam rem ita administrarunt, ut nemini cognita esse posset, ipsis vero solis lucrosa. Quoniam igitur, si rem promiscue administrari sinamus, haud facile illam purgare et decenter constituere possimus, ideo magistratum, qui Aegypti rebus praest (augustalium dicimus), moderatioribus curis praeficere visum est. Non facile enim unius hominis industria tantis curis sufficere queat, nec ita rem administrare, ut inde cuiuspiam boni sensus ad nos resultet.

**Cap. I**

Propterea igitur statuimus, ut excellentia tua

(1) El texto griego de este Edicto se halla en *Sering*.

**Capítulo II**

Mas también á los obispos les damos facultad, para que, si fuera negligente el presidente de la provincia, y no retuviera la pragmática disposición, sino que se pusiera en connivencia con el que la presenta, nos manifiesten ellos mismos el caso. Y si de él tuviéremos conocimiento, echaremos de la magistratura á aquel, como á cómplice del delito, y lo privaremos del cingulo y de sus bienes, y haremos que sean indemnizados los que en cualquiera cosa hubieren sufrido injuria.

**Epilogo**

Por tanto, procure tu excelencia llevar á ejecución y efecto lo que nos ha parecido bien, y lo que conoce por virtud de la presente sacra pragmática disposición.

Dada en Constantinopla á 15 de las Calendas de Septiembre, bajo el consulado de BASILIO, varón muy esclarecido. [535.]

**EDICTO XIII**

LEY RELATIVA Á LAS PROVINCIAS ALEJANDRINAS Y EGIPCIAS

**Prefacio**

Si nos dignamos poner nuestro cuidado hasta en las cosas más pequeñas, ciertamente que con mucha más razón no abandonaremos las más grandes y las que mantienen á nuestra república, ni las dejaremos desatendidas y privadas del correspondiente ornato, principalmente prestándonos ayuda tu excelencia, que en todo cuida de nuestra incolumidad, y del incremento de las cosas públicas y de nuestros súbditos. Y así, considerando cómo en los tiempos anteriores, aunque en otras localidades parecieran bastante organizadas las exacciones públicas, se hallaban, sin embargo, en la región de Egipto tan desorganizadas, que no se podía conocer aquí lo que se hacía en la provincia, nos ha maravillado el perturbado orden de esta materia, que ha durado hasta ahora. Pero Dios ha querido que también esto haya sido reservado á nuestros tiempos y á tu oficio. Porque como de allí nos suministraban trigo, no querían contribuir con ninguna otra cosa; pero los súbditos afirmaban ciertamente que se les exigían absolutamente todas, y los prefectos de los poblados, y los administradores de la república, y los cobradores de los tributos fiscales, y principalmente los presidentes de cada tiempo han administrado hasta ahora la cosa de modo, que no pudiera ser conocida de nadie, sino lucrativa para ellos solos. Así, pues, como si dejáramos que la cosa fuera confusamente administrada, no podríamos con facilidad purgarla y constituirla convenientemente, nos pareció por eso bien encargar de los cuidados más llevaderos á un magistrado, que está al frente de las cosas de Egipto, (queremos decir, el augustal.) Porque no fácilmente podría bastar el trabajo de un solo hombre para tantos cuidados, ni para administrar de tal modo las cosas, que de él nos resultara la experimentación de algún bien.

**Capítulo I**

Así, pues, disponemos por lo tanto, que esta ley

hanc nostram ea de re legem ad se receptam sic ordinet, ut illam nos tulisse, tuam vero excellentiam ministerium habuisse dignum sit. In primis autem spectabilem praefectum augustalem ipsi Alexandriae praeesse, et omnium eius rerum curam habere volumus, et insuper duabus Aegyptis, ac iis solis, excepto oppido Menelaita dicto, quod Aegypto praecipet, et praeterea Mareotide. De illis enim, quae videbuntur, constituemus.

§ 1.—Volumus autem ipsum, ut dictum est, non uni Alexandriae, verum etiam duabus Aegyptis, dictis Mareotide Menelaitaque exceptis, ita praeesse, ut magistratus provincialis dictarum duarum provinciarum ipsi soli subsit, quemadmodum etiam hucusque obtinuit, sive quod idem est, spectabilem praefectum augustalem, propter dictae maximae urbis populi frequentiam, magistratus etiam militaris ius habere, non ut res dividatur nec in duos magistratus distrahatur (id enim conducere omnino non putamus), sed ut unus homo dicto solio praesit, et in omnes, qui illic sunt, milites, sive in ipsa magna Alexandrinorum urbe, sive in duabus, ut dictum est, Aegyptis stationes habeant, potestatem habeat.

### Cap. II

Curare enim etiam te oportet, ut decorum in civitate servetur, neque tumultus in dicto populo fiat, et quum dicti magistratus praefectus et civilis magistratus vim, et militum robur habeat, et quantum ad ipsos milites, tum qui in Alexandria, tum qui in utraque Aegypto sunt, vicarius sit, ille deo prae omnibus duce dicti decori per civitatem servandi curam gerat, illique gloriosissimus et fortissimus dux praesentium, Orientalis etiam et ad responsum praesto sint, et iussis eius obsequium praestent. Est autem ipsi cohors et augustaliana, et sane etiam ducalis, usque ad sexcentos tamen, non ut seorsum quidem ducales sint, seorsum vero augustaliani, sed ut una cohors et unus catalogus sit, in qua centum primates sint, quinquaginta quidem in augustaliana cohorte, quinquaginta vero primi ducalium, quorum inter ipsos ordo alternet, ut priores quidem partes augustalianus, secundas vero ducalis habeat, et centum inter ipsos primatum forma deinceps conservetur, reliquum vero ita, ut is magistratus providerit, constituatur, ut tamen cohortis, mixtim ex augustalianis et ducalibus constantis numerum sexcentorum militum non excedat.

### Cap. III

Omnia vero, quae sub illo fiunt, et ad tuam sedem, et per excellentiam tuam ad nos referantur, ut et a nobis, si recte fiat, auctoritatem accipiat. Et ubi cohors constituta fuerit, absque probatorii nostra manu subscriptis, ut hactenus obtinuit, nemo augustalianus fiat. Ipsa autem universa cohors augustaliana appellabitur. Praeses vero ab Imperatore designatus imperatorio iudicio dignus habitus, qui magistratum assumet, et puras manus conservabit, et in omnibus imperatorio iudicio se

nuestra sobre este particular, dirigida á ella, la ordene tu excelencia del modo como sea digno que nosotros la hayamos dado, y que haya tenido auxilio tu excelencia. Y en primer lugar queremos, que el respectable prefecto augustal esté al frente de la misma Alejandria, y tenga el cuidado de todas las cosas de ella, y además al frente de los dos Egiptos, y de ellos solos, excepto de la ciudad llamada Menelaita, que está sita antes del Egipto, y también de Mareotis. Porque respecto de ellas estableceremos lo que se verá.

§ 1.—Mas queremos que él esté al frente, como se ha dicho, no solamente de Alejandria, sino también de los dos Egiptos, exceptuadas las susodichas Mareotis y Menelaita, de suerte que el magistrado provincial de las dos mencionadas provincias esté subordinado á él solo, según también hasta aquí estuvo en vigor, ó lo que es lo mismo, que el respectable prefecto augustal tenga, por causa de la numerosa población de dicha muy grande ciudad, también el derecho de magistrado militar, no para que la cosa se divida ni se reparta entre dos magistrados, (porque no juzgamos que esto sea de ningún modo conveniente), sino para que un solo individuo presida en dicho solio, y tenga potestad sobre todos los militares que hay allí, ya tengan sus estaciones en la misma grande ciudad de Alejandria, ya, según se ha dicho, en ambos Egiptos.

### Capítulo II

Porque es menester que también cuides de que se conserve el decoro en la ciudad, y no se promuevan tumultos en dicho pueblo, y teniendo el prefecto de dicha magistratura tanto el poder de la magistratura civil, como la fuerza de los militares, y siendo vicario en cuanto á los mismos militares, ya los que hay en Alejandria, ya los que en ambos Egiptos, cuidará él ante todo, con la guía de Dios, de que se conserve el decoro en la ciudad, y le auxiliarán el gloriosísimo y muy esforzado duque de los presentales, y también el de Oriente y el responsable, y prestarán acatamiento á sus órdenes. Mas tiene el mismo una cohorte, así augustaliana como también ducal, hasta de seiscientos soldados, pero no de suerte que estén separadamente los ducales, y por separado los augustalianos, sino de modo que haya una sola cohorte y una sola matrícula, en la que haya cien primates, cincuenta ciertamente en la cohorte augustaliana, y otros cincuenta primates entre los ducales, cuyo orden alterne entre los mismos, de modo que el augustaliano tenga ciertamente las primeras partes, y las segundas el ducal, y se conserve en lo sucesivo entre los mismos la forma de los cien primates, y lo demás se constituya como proveyere este magistrado, pero de manera que no se exceda del número de los seiscientos soldados de la cohorte, compuesta mixtamente de augustalianos y de ducales.

### Capítulo III

Mas todo lo que se hace bajo su dependencia sea comunicado á tu sede, y por tu excelencia á nosotros, para que, si rectamente fuera hecho, reciba también de nosotros autoridad. Y luego que se hubiere constituido la cohorte, no sea nombrado ningún augustaliano sin credenciales suscritas por nuestra mano, como hasta ahora se hizo. Mas toda la misma cohorte se llamará augustaliana. Pero el presidente designado por el Emperador, considerado digno del juicio imperial, que asuma la ma-

dignum exhibebit. Neque enim nos tantum solummodo solatium, quantum hucusque spectabilis augustalis habet, quinquaginta quidem annonas, et quinquaginta capita videlicet, ex publico illi dabimus, sed magno auctario adiecto quadraginta auri libras pro annonis, et consuetudinibus, et calandicis quotannis ipsum accipere volumus a vindice ex subiectis huic formae locis et causis.

#### Cap. IV

Assessores autem eius ex eisdem quinque libras auri accipient, quaeque ipsi paret cohors alios mille solidos, quanquam antehac tertiam eius summae partem solummodo habebat, et res ista splendida erit, et pro nostrorum temporum dignitate administrabitur.

§ 1.—Primam vero esse curam illum magistratum habenti volumus rectae illationis administrationem, ut ipse quidem spectabilis praefectus augustalis, et quae illi cohors paret, periculo suo bonorumque suorum, quae habet et habiturus est, et periculo cohortis eius non de his modo, verum etiam de salute et vita iudicium subitura, omnem curam et diligentiam subire debeat, ut dictum illationis frumentum et exigatur, et consuetis temporibus emittatur.

§ 2.—Atque hoc quidem inferat, quod ex utraque Aegypto contribui debet, aliud vero citra dilationem suscipiet aut etiam navibus iniiciet, et curabit tantum ad felicem hanc urbem mitti, quantum canon eiusdem solennis illationis navibus advehi solet.

§ 3.—Volumus insuper, ut similiter quod a nobis magnae Alexandrinorum urbi donatum est, quantum quidem ex utraque Aegypto pendi debet, exigat suo et cohortis suae periculo, quantum vero ex utrisque locis provenit, suscipiat et tradat secundum modum, eo, qui hactenus obtinuit, longe meliorem, qui in sequentibus declarabitur, et quem admodum consuevit, in eiusdem urbis alimoniam expendat, ut illi deo propitio per omnia sufficiat, communi periculo sustentibus cum spectabili augustali quotuncunq[ue] in militum sub ipso constitutorum, et clarissimorum tribunorum, et omnis civilis publicique auxilii numerum relati sunt, ut undique res expedite procedat.

#### Cap. V

Quod vero ex locis ipsius iurisdictioni non subiectis exportatur, eius eatenus subire eum periculum iubemus, ut postquam exportatum sit, ipse sine ulla mora id suscipere, et quae ipsi paret cohors ad hanc almam urbem suo periculo devehere debeat, ubique eo prospiciente ne ex subiectis ipsi civitatibus, et provinciis, et locis, et portibus, et ostiis prius quidquam exportetur, quam solennis illatio Alexandriae civitatis nave emissa sit, ac ne tum quidem, nisi a nobis permissum sit aut permittatur per sacras quidem nostras formas, sedis vero tuae praecepta. In omnibus autem cohortales, quae ipsis iniunxerit, ut prius dictum est, ipsi ministerium praestent, navicularii vero frumentum

gistratura, conservará manos limpias, y en todo se mostrará digno del juicio imperial. Porque no le daremos nosotros de los fondos públicos solamente tanto sueldo como hasta aquí tiene el respectable augustal, á saber, cincuenta annonas, y cincuenta raciones de caballo, sino que queremos, habiéndose agregado grande aumento, que reciba él cada año cuarenta libras de oro por annonas y raciones de caballo, del defensor de los lugares y causas sujetos á esta disposición.

#### Capítulo IV

Mas sus asesores recibirán de los mismos cinco libras de oro, y la cohorte que está á sus órdenes otros mil sueldos, aunque antes de ahora solamente tenía la tercera parte de esta suma, y la cosa será espléndida, y se administrará con arreglo á la dignidad de nuestros tiempos.

§ 1.—Pero queremos que sea el primer cuidado del que tenga esta magistratura la administración de un honrado pago de tributos, de suerte que ciertamente el mismo respectable prefecto augustal, bajo su propia responsabilidad y la de los bienes que tiene y haya de tener, y la cohorte que le obedece, bajo la responsabilidad de ella misma, que habrá de sufrir sentencia no solamente respecto á estas cosas, sino también en cuanto á su salvación y á su vida, deberán poner todo cuidado y diligencia para que se exija y se expida en las épocas acostumbradas el mencionado trigo de la contribución.

§ 2.—Y haga ingresar ciertamente aquel con que por ambos Egiptos se debe contribuir, pero recogerá sin dilación el otro ó también lo embarcará, y cuidará de que se envíe á esta feliz ciudad tanto cuanto suele ser el cánón que de esta misma contribución pública se trae en nave.

§ 3.—Queremos además, que de la misma manera que lo que por nosotros ha sido donado á la grande ciudad de Alejandria, se exija bajo su responsabilidad y la de su cohorte cuanto ciertamente debe ser pagado por ambos Egiptos, y que todo lo que proviene de ambos lugares lo recoja y entregue de modo mucho mejor que hasta ahora se observó, y que en lo que sigue se declarará, y lo invierta, según se acostumbró, en el aprovisionamiento de la misma ciudad, de suerte que siéndole Dios propicio sea suficiente para todo, soportando común responsabilidad con el respectable augustal cuantos se hallan comprendidos en el número de los militares constituidos bajo la dependencia del mismo, y de los muy esclarecidos tribunos, y de todo auxiliar civil y público, á fin de que la cosa se ejecute en todas sus partes sin dificultad.

#### Capítulo V

Mas en cuanto á lo que se exporta de lugares no sujetos á la jurisdicción del mismo mandamos, que él tenga reponsabilidad limitada á que después que haya sido exportado se haga el cargo de ello sin ninguna demora, y deba transportarlo bajo su responsabilidad á esta feliz ciudad la cohorte que está á las órdenes del mismo, cuidando él mucho de que de las ciudades, provincias, lugares, puertos y desembocaduras que están bajo la dependencia del mismo no se exporte cosa alguna antes que en nave haya sido enviada la acostumbrada contribución de la ciudad de Alejandria, y ni entonces ciertamente, sino si por nosotros hubiera sido permitido ó se permitiera por medio de sacras disposiciones nues-

suscipiant, navibusque imponant, atque deo duce ad hanc felicem urbem navigent.

### Cap. VI

Si tamen ex utraque Aegypto frumentum non exegerit, neque huc quidem mittendae solennis illationis Alexandriam importandum, neque ante finem mensis Augusti ad felicem hanc regiamque urbem vehendum curaverit, illud vero, quod Alexandrinis a nobis in alimoniam elargitum est, mense Septembri in ipsorum urbem non importaverit, sciat, fore ut quantum illationis alimoniaeve frumento, pro eo modo, qui ex utraque Aegypto inferri consuevit, deest, in ternas artabas pro singulis solidis a sede tua et ipse magistratus, etsi privatus factus, et heredes successoresque ipsius exigantur, nulloque modo bona ipsius libera erunt, antequam quicquid inde debet ad ternas aestimatum artabas tuis mensis intulerit. Sed convenit omnino, ut ad praedicta tempora ipse ex utraque Aegypto plenariam etiam inferat.

### Cap. VII

Quoniam vero solennis illationis cura tractatus connexum et inseparabilem habet porteriorum titulum, volumus etiam quae ad ipsum pertinent, quo isti negotio plene convenienterque prospiciatur, certa iuris forma comprehendere. Volumus igitur, ne in posterum porteriorum susceptor facultatem habeat se quibuscunque publicis vectigalibus immiscendi, ac nonnullis quidem debitorum remittendi, et quae *ἐνδοματικὰ* nuncupantur accipiendi, et fiscalia inde negligendi, ab aliis vero plus quam par sit exigendi, [et plures ut violentius et supra consuetum modum], atque inde confundendae rei occasionem initiumque capiendi, portoria quidem recusari non posse semper praetendens, ex rei vero confusione suum commodum captans, et mensas quidem tui tribunalis despiciens, similiter autem lucri causa cuncta ad se trahere conans.

### Cap. VIII

Quoniam igitur tua excellentia vigilanter cuncta gubernans, nos docuit, quantum porteriorum canon, qui ex Alexandria suppeditatur, collectus conficiat, solidorum videlicet octoginta millia, quippe quum etiam felix frumenti transmissio in octogies centena millia exsurgat, volumus, ex subiectis provinciis, et pro civitatibus, et locis, et redditibus porteriorum susceptori octoginta haec solidorum millia dari. Propterea enim tam largam liberalitatem fecimus, ut nihil omnino nec ex dilatione nec ex defectu solennis frumenti transmissionis conficeretur. Spectabilis tamen praefectus augustalis, et quae ipsi paret cohors, ad unam ex augustalianis prioribusque ducalibus, ut dictum est, coniunctionem et unitionem redacta, porteriorum susceptori per civitates atque loca, et ab hominibus ex Alexandria et utraque Aegypto definitis, exactiones facient; atque similiter exactionem ipse etiam

tras, y por mandatos de tu sede. Mas préstentele servicio al mismo los cohortales en todo lo que les mandare, según antes se ha dicho, pero encárguense del trigo los patrones de naves, embárguenlo en éstas, y transpórtelo, guiándolos Dios, á esta feliz ciudad.

### Capítulo VI

Mas si no hubiere exigido de ambos Egiptos el trigo, ni hubiere cuidado de que se importe á Alejandria el que por la acostumbrada contribución se ha de enviar allá, ni de que antes del fin del mes de Agosto sea conducido á esta feliz y real ciudad, y no hubiere importado en el mes de Septiembre en la ciudad de los mismos lo que por nosotros se les concedió á los Alejandrinos para su abastecimiento, sepa, que cuanto de la contribución ó aprovisionamiento falte á la cantidad de trigo, que por ambos Egiptos se acostumbró á aportar, se les exigirá por tu sede en la proporción de tres artabas por cada sueldo á él mismo siendo magistrado, ó aun hecho particular, y á sus herederos y sucesores, y que de ningún modo estarán libres los bienes del mismo antes que haya ingresado en tus cajas todo lo que por esto debe, estimado con arreglo á las tres artabas. Mas es absolutamente conveniente, que él mismo ingrese en los susodichos tiempos también la cuenta total de ambos Egiptos.

### Capítulo VII

Pero como el cuidado de la administración de la contribución acostumbrada tiene conexo é inseparable el ramo de portazgos, queremos comprender en cierta disposición de derecho también lo que pertenece al mismo, para que completa y convenientemente se atienda á este particular. Queremos, pues, que en lo sucesivo no tenga el cobrador de los portazgos facultad para inmiscuirse en cualesquiera tributos públicos, hacer condonaciones á algunos deudores, recibir las que se llaman gratificaciones, descuidar por ellas los tributos fiscales, exigirles á otros más de lo que es justo, y á algunos con más rigor y de manera no acostumbrada, y dar con ello ocasión y principio á la perturbación de esta cosa, pretendiendo siempre que no se pueden rehusar los portazgos, pero buscando con la perturbación de la cosa su propio provecho, desatendiendo ciertamente las cajas de tu tribunal, é intentando igualmente atraerlo todo á sí por causa de lucro.

### Capítulo VIII

Mas como tu excelencia, gobernándolo todo vigilantemente, nos manifestó cuanto importa reuniendo el cánón de portazgos, que por Alejandria se satisface, esto es, ochenta mil sueldos, y como también la feliz remesa de trigo ascienda á ochenta mil, queremos que de las indicadas provincias, y por las ciudades, lugares y rentas se les den al cobrador de los portazgos estos ochenta mil sueldos. Pues hacemos tan amplia liberalidad, para que no se origine absolutamente nada ni de dilación, ni de falta de la acostumbrada remesa de trigo. Mas hagan el respectable prefecto augustal y la cohorte que está á las órdenes del mismo, reducida á un solo conjunto y á unidad, según se ha dicho, con los anteriores augustalianos y ducales, para el cobrador de los portazgos las exacciones en las ciudades y lugares, y por hombres enviados de Alejandria y de ambos Egiptos; y haga igualmente la exacción

porteriorum susceptor faciat, ut suo periculo, sicut dictum est, praefectus augustalis et ipsius cohors una cum porteriorum susceptore haec exigant. Ipsi etiam horum exactionis periculum incumbit, ut inculpate aurum et exigat, et in dictum usum expendat, et prout hactenus moris fuit, naviculariis distribuat; atque simul laborem et periculum sustineat una cum ipso porteriorum susceptore in omnibus spectabilis praefectus augustalis, cum cohorte, quae ei paret, et fortissimis per illa loca constitutis ordinibus cum suis tribunis, quippe conveniens est, ut omnibus modis porteriorum ratio suppleatur, et haec susceptori datur, qui conveniente atque consueto modo illa dispenset, ac pro omni solenni illatione naviculariis praebeat. Atque haec quidem prima illi cura et administratio applicanda est, tam solennis illationis, quam porteriorum.

### Cap. IX

Secundo vero loco excellentiam tuam et pro tempore huius magistratus praefectum, et scriniarios, et tractatores, et duos ex Aegypto et Alexandria providere volumus exactioni publicorum tributorum, in tribunalis tuae excellentiae utramque mensam, et privatam, et publicam, inferendorum, ex illis scilicet civitatibus, et personis, et horum fideiussoribus, et locis, in hanc partem deputatis, subiectis et ipsis sacrae huic legislationi, ut omnino non possint neque spectabilis praefectus augustalis, neque quae ipsi paret cohors, neque dei amantissimus Alexandrinus episcopus cuiuspiam publicae exactionis rationem reddere vel exigere, aut per qualemcunque causam dictam exactionem, quae ad excellentiae tuae mensas, aut ad homines illi deputatos pertinet, participare, nisi id auxilii causa tractatores, et qui in provincia illorum locum suppleant, fieri petierint.

§ 1.—Si enim hoc petant, aut si gloria tua et qui pro tempore eundem magistratum obtinebunt, id iubeant, necessitatem habebit et praefectus pro tempore augustalis, et qui sub ipso constituti milites sunt, et horum tribuni, et cohors, quae eidem magnificentissimo augustali paret, et quodlibet civile publicumque auxilium et scriniariis tuis ad iumentum praebendi, et operam impendendi, ut omnes eius modi illationibus, utriusque mensae excellentiae tuae tribunalis competentibus, obnoxii citra omnem dilationem imposita sibi publica tributa inferant, neque contradicere audeant.

§ 2.—Si enim qui in utraque Aegypto aut Alexandria habitant, et talibus illationibus obnoxii sunt (excepta Mareota et Menelaita urbe, de quibus in sequentibus convenientia statuemus), despicere dationem, aut in aliquo adversari audeant, nec spectabilis praefectus augustalis, et militarem et civilem magistratum obtinens, cohortiumque primores et tribuni illum aut illos debita inferre, atque in fisco benevolos esse coegerint, sciant, ipsum quidem magnificentissimum praefectum augustalem, et omne auxilium, cuius ante mentionem fecimus, in cingulis fisco in partem eorum, quae

también el mismo cobrador de los portazgos, de suerte que los exijan á su riesgo, según se ha dicho, el prefecto augustal y la cohorte del mismo juntamente con el cobrador de los portazgos. Incúmbele también al mismo la responsabilidad de la exacción de aquellos, para que sin culpa exija el dinero, y lo invierta para el mencionado uso, y lo entregue á los patrones de naves, según hasta aquí fué de costumbre; y soporte al mismo tiempo en todo el trabajo y la responsabilidad juntamente con el mismo cobrador de los portazgos el respectable prefecto augustal en unión de la cohorte, que está á sus órdenes, y de los muy fuertes órdenes, con sus tribunos, establecidos en aquellas localidades, porque es conveniente que de todos modos se complete el importe de los portazgos, y se le dé al cobrador, que los invertirá del modo conveniente y acostumbrado, y se los entregará por toda la contribución pública á los patrones de naves. Y este es ciertamente el primer cuidado y acto de administración que él se ha de imponer, tanto respecto á la contribución pública, como en cuanto á los portazgos.

### Capítulo IX

Pero en segundo lugar queremos, que tu excelencia y el que á la sazón sea prefecto de esta magistratura, y los empleados de secretaría, y los encargados del cobro de tributos públicos, y los dos de Egipto y de Alejandría, provean á la exacción de los tributos públicos, que se han de ingresar en ambas cajas, la privada y la pública, del tribunal de tu excelencia, á saber, por aquellas ciudades, y personas, y fiadores de ellas, y lugares designados para esto, y también sujetos ellos á esta sacra legislación, de suerte que de ninguna manera puedan ni el respectable prefecto augustal, ni la cohorte que está á las órdenes del mismo, ni el obispo de Alejandría, amantísimo de Dios, dar ó exigir cuenta de una exacción pública cualquiera, ó por una causa cualquiera tener participación en dicha exacción, que pertenece á las cajas de tu excelencia, ó á los hombres destinados para ella, á no ser que por causa de auxilio hubieren pedido que se haga esto los administradores de los tributos, y los que en la provincia suplen el lugar de ellos.

§ 1.—Porque si pidieran esto, ó si tu gloria y los que á la sazón obtuvieren la misma magistratura lo mandaran, el que entonces fuere prefecto augustal, y los militares constituidos bajo la dependencia del mismo, y los tribunos de éstos, y la cohorte que está á las órdenes del mismo muy magnífico augustal, y cualquier auxiliar civil y público, tendrán necesidad de prestarles ayuda á tus empleados de secretaría, y de tomarse el trabajo de que todos los que están obligados á tales contribuciones que les competen á ambas cajas del tribunal de tu excelencia paguen sin dilación alguna los tributos públicos, que les están impuestos, y no se atrevan á contrariarlos.

§ 2.—Pues si los que habitan en ambos Egiptos ó en Alejandría, y están obligados á tales contribuciones, (exceptuadas Mareotis y la ciudad de Menelaita, respecto á las que estableceremos lo conveniente más adelante), se atrevieran á desatender el pago, ó á oponerse en alguna cosa, y ni el respectable prefecto augustal, que tiene la magistratura así militar como civil, y los principales y tribunos de las cohortes no obligaren á él ó á ellos á pagar lo debido y á ser benévolos para el fisco, tengan entendido que el mismo muy magnífico prefecto augustal, y todos los auxiliares, de que an-

debentur, adiudicandis periclitaturos, contradicere vero ausos bona sua publicata visuros, seque e provincia eiiciendos esse. Manifestum vero est, in omnibus, quae ab excellentia tua decernentur, praefectum pro tempore augustalem tuae excellentiae potestati et imperio subfore, prout hactenus observatum est.

### Cap. X

Si tamen gloria tua, aut scriniarii, aut tractatores, aut qui illorum locum supplent, in provincia ius asyli aliquibus dare voluerint, pro illis ipsi periclitabuntur. Dabit tamen hoc dei amantissimus patriarcha, in tot dies extensum atque in hunc modum, in quem ab excellentiae tuae magistratu iussum, aut a tractatoribus petitum fuerit. Si vero praeter haec hoc ius detur, erit omnino irritum. Non enim quemquam praeter haec hominibus ob singulas causas ad tributa inferenda constitutos (1) ius illud dare concedimus, nisi in hoc id accipiant, ut in publico versentur, et intra certos dies omne quidquid debent omnino fisco persolvant, aut sufficientem tractatoribus scriniariisve cautionem praestent. Ad hoc, qui praeter haec ius illud quocunque modo acceperit, aequalis cum iis, qui non acceperunt, conditionis sit, et intra sacra etiam saeptha exactionem sustineat.

§ 1.—Verum si dei amantissimus archiepiscopus praeter dictum modum ius asyli dederit, necessitatem sustinebunt dei amantissimi oeconomi et sanctissimae ecclesiae defensores damnum inde fisco illatum de suo restituendi, et de sua ipsorum substantia. Si vero non idonei fuerint, ex sanctissimae ecclesiae pecuniis et rebus fisco satisfiet.

§ 2.—Si vero imprudente dei amantissimo episcopo ius illud ipsi dare ausi fuerint, non modo id omnino irritum erit, verum etiam ipsi fisco damnum rependent, et beatissimus patriarcha, si quid praeter voluntatem ipsius fecerint, omnino ipsos et ab officiis, quae habent, removebit, et e sacerdotio eiiciet.

§ 3.—Si vero magistratus contra vetita cuipiam dederit ius asyli, qui publica tributa tuis mensis assignata debet, id est praefectum augustalis, ac clarissimi tribuni, cohortium principes, a dignitate et magistratu removebuntur, et fisco damnum resarcient, licet privati facti sint, et non vivi tantum, verum etiam mortui. Tenebuntur enim ipsi heredesque et facultates ipsorum huiusmodi exactionibus, ut poenarum metu nihil eiusmodi committatur, neque quis poenam effugiat, priusquam omne debitum persolutum sit.

§ 4.—Si quis vero ex iisdem civitatibus locisve in ius vocatum exemerit, aut exactioni impedimento sit, oportet et hunc, in quantum exemptus tenebatur, obnoxium esse, et exactionem cum heredibus et successoribus suis et in bonis suis sustinere. Verum ii ipsi, quibus, ut dictum est, omne

tes hemos hecho mención, han de peligrar en cuanto á los cingulos que se habrán de adjudicar al fisco por parte de lo que se debe, y que los que se hayan atrevido á hacer oposición habrán de ver confiscados sus bienes, y habrán de ser echados de la provincia. Mas es manifesto, que en todo lo que se decretare por tu excelencia habrá de estar subordinado á la potestad é imperio de tu excelencia, como hasta ahora se observó, el que á la sazón sea prefecto augustal.

### Capítulo X

Mas si tu gloria, ó los empleados de secretaria, ó los administradores de tributos, ó los que suplen el lugar de ellos, hubieren querido darles á algunos el derecho de asilo en una provincia, correrán ellos mismos peligro por aquellos. Pero lo dará el patriarcha, amantísimo de Dios, extendido á tantos días y en la forma que se hubiere mandado por la magistratura de tu excelencia, ó que se hubiere pedido por los administradores de tributos. Mas si contra esto se diera tal derecho, será absolutamente nulo. Porque no concedemos que prescindiendo de esto dé nadie aquel derecho á los hombres destinados á ingresar por cada causa los tributos, á no ser que lo reciban para esto, para que se presenten en público, y para pagar de todos modos al fisco dentro de cierto tiempo todo lo que deben, ó para preatrarles á los administradores de tributos y á los empleados de secretarías caución suficiente. Además, el que contra esto hubiere obtenido de cualquier modo aquel derecho sea de igual condición que los que no lo obtuvieron, y soporte la exacción aun dentro de los sagrados recintos.

§ 1.—Pero si el arzobispo, amantísimo de Dios, hubiere dado prescindiendo del modo dicho el derecho de asilo, tendrán los ecónomos, amantísimos de Dios, y los defensores de la santísima iglesia la necesidad de restituir con lo suyo y con bienes propios de los mismos el daño así causado al fisco. Mas si no fueren solventes, se le satisfará al fisco con dinero y con bienes de la santísima iglesia.

§ 2.—Mas si ignorándolo el obispo, amantísimo de Dios, se hubieren ellos mismos atrevido á dar aquel derecho, no solamente será en absoluto nulo, sino que también ellos mismos le indemnizarán al fisco el daño, y el beatísimo patriarcha, si hubieren hecho alguna cosa sin la voluntad del mismo, los removerá en todo caso de los oficios, que tienen, y los echará del sacerdocio.

§ 3.—Pero si contra lo vedado hubiere un magistrado dado el derecho de asilo á alguien, que debe los tributos públicos asignados á tus cajas, esto es, el prefecto augustal, y los muy esclarecidos tribunos, principales de las cohortes, serán removidos de la dignidad y de la magistratura, y le resarcirán el daño al fisco, aunque se hayan hecho particulares, y no solamente en vida, sino también habiendo fallecido. Porque quedarán obligados é tales exacciones ellos mismos y sus herederos y los bienes de ellos, á fin de que por temor á las penas no se cometa nada semejante, ni eluda nadie la pena, antes que haya sido pagada toda la deuda.

§ 4.—Mas si alguien de las mismas ciudades ó localidades hubiere puesto en libertad á uno llamado á juicio, ó hubiera servido de impedimento á la exacción, es menester que también éste quede obligado á cuanto estaba obligado el libertado, y soporte con sus herederos y sucesores y sobre sus propios

(1) Así dice el texto, acaso por errata, pareciendo que se debiera leer constitutus.—N. del Tr.

periculum incumbit (tractatoribus nempe et scriniariis), etiam omnem potestatem et procurationem rei habeant, totumque canonem, qui ex dictis civitatibus, et provinciis, et locis mensis tuis deputatus est, ad mensas tuas excellentiae, cum publicam tum privatam, emittant, et quibus tu dari constitueris, tradant.

### Cap. XI

Atque sancimus nos, necessitatem habere spectabilem praefectum augustalem etiam adjuvandi eos, qui a solio tuo ad hoc mittuntur, et tractatoribus, et scriniariis, sive qui ipsorum locum suppleant, in exactionibus ipsos respicientibus, et in publicam et privatam mensam inferendorum.

§ 1.—Si quem vero ex dictis locis in fiscum improbum esse, atque, ut exactionem effugiat, tumultum excitare contingat, iubemus, licentiam esse tractatori, sive scriniariis, sive qui illorum locum obtinet, haec magnificentissimum praefecto augustali manifesta faciendi, qui suo cohortisque sibi parentis periculo milites succurrere rei et comprehendere improbos, et quae mensis debentur, exigere cogat, ut haec per civilem militaremque manum adiuta, sine dilatione exactionem et in magnam hanc urbem illationem accipiant. Sciant autem clarissimi tribuni, fortissimique milites, et maxime qui inter illos principatum obtinent, si hoc neglexerint, neque ipsi omnia, quae diximus, fieri procurarint, de annonis etiam se periclitatos esse. Retinebuntur enim eae a praefecto pro tempore augustali, et ipsius periculo mensis tuis inferentur, et bonorum publicationem sustinebunt tam clarissimi ipsorum tribuni, quam inter ipsos primas tenent (qui sane et capitale supplicium metuant), et universum agmen e provincia motum ultra Istrum flumen sive Danubium transferetur, ut in illorum locorum limitibus custodiae causa perseveret.

§ 2.—Illi vero, qui in fiscum improbi fuerint, atque istiusmodi necessitatem exspectaverint, publicationem ac perpetuum exilium Sebastiam et in Pityusam, quae in extremis Euxini Ponti finibus est, deportati sustinebunt. Eandem vero similemque curam spectabili praefecto augustali imponimus et occasione largitionum titularum, et omnium, quae ad sacras nostras largitiones pertinent, quae ab ipso atque eius cohorte sive ex Alexandria ipsa, sive per utramque Aegyptum debet expediri. Etenim harum etiam eadem a nobis cura est, et conveniens est, ut ipse eiusque cohors suo periculo largitionum tributorum, omniumque causarum ad sacras nostras largitiones pertinentium exactionem curet, ut huiusmodi publicae illationes, quae sacris nostris thesauris applicantur, sub omni periculo spectabilis praefecti augustalis, ipsique obtemperantis cohortis et exigantur, et sacris nostris largitionibus inferantur. Si quid enim horum neglectum fuerit, periculum illi et de magistratu et de bonis suis imminet, idque non so-

bienes la exacción. Pero estos mismos á quienes, según se ha dicho, incumbe toda la responsabilidad, (ciertamente los administradores de tributos y los empleados de secretaría), tengan también plena potestad y la administración de la cosa, y expidan á las cajas de tu excelencia, así la pública, como la privada, todo el cánon que de dichas ciudades y provincias y localidades está destinado á tus cajas, y entréguenlo á quienes tú hubieres determinado que se dé.

### Capítulo XI

Y mandamos nosotros, que el respectable prefecto augustal tenga necesidad también de auxiliar á los que por tu solio son enviados para esto, y á los administradores de tributos, y á los empleados de secretaría, ó á los que suplen el lugar de los mismos, en las exacciones que les respectan á éstos, y en las de lo que se ha de ingresar en la caja pública y en la privada.

§ 1.—Mas si aconteciera que alguien de dichos lugares está falto de probidad para el fisco, y que para eludir la exacción provoca un tumulto, mandamos que tengan licencia el administrador de tributos, ó los empleados de secretaría, ó el que tiene el lugar de ellos, para hacerle manifiestas estas cosas al muy magnífico prefecto augustal, el cual obligue bajo su responsabilidad y la de la cohorte que está á sus órdenes á que los militares auxilien para el caso y prendan á los faltos de probidad, y á que exijan lo que se debe á las cajas, de suerte que, prestado auxilio para esto por la fuerza civil y la militar, consigan sin dilación la exacción y la traída á esta grande ciudad. Pero sepan los muy esclarecidos tribunos y los muy esforzados militares, y principalmente los que entre ellos ejercen el principado, que si hubieren descuidado esto, y no hubieren procurado ellos mismos que se haga todo lo que hemos dicho, habrán de correr también ellos riesgo en cuanto á las annonas. Porque serán estas retenidas por el que á la sazón sea prefecto augustal, y serán ingresadas bajo la responsabilidad del mismo en tus cajas, y sufrirán la confiscación de bienes tanto los muy esclarecidos tribunos de ellos, como los que entre los mismos tienen los primeros puestos, (los que ciertamente temen también la pena capital), y separado de la provincia todo el cuerpo de ejército será trasladado más allá del rio Ister ó Danubio, para que por causa de custodia permanezca en las fronteras de aquellos lugares.

§ 2.—Mas los que se hubieren mostrado faltos de probidad para el fisco, y hubieren esperado esta necesidad, sufrirán, siendo deportados, la confiscación y destierro perpétuo á Sebastia y á Pityusa, que se halla en los últimos confines del Ponto Euxino. Pero el mismo análogo cuidado imponemos al respectable prefecto augustal, con ocasión de los títulos de liberalidades, y de todo lo que se refiere á nuestras sacras liberalidades, y que debe ser ejecutado por el mismo y por su cohorte ya en la misma Alejandria, ya en ambos Egiptos. Porque también respecto á ellas se ha establecido por nosotros el mismo cuidado, y es conveniente que él mismo y su cohorte cuiden bajo su responsabilidad de la exacción de los tributos de liberalidades, y de la de todas las causas pertenecientes á nuestras sacras liberalidades, para que tales contribuciones públicas, que se aplican á nuestros sacros tesoros, sean exigidas, é ingresadas en nuestras sacras liberalidades, bajo la total responsabilidad del respectable prefecto augustal y de la cohorte que está á las órdenes del

lum dum in magistratu erit, sed postmodum etiam, et quando magistratum deposuerit, et ad successores quoque eius et heredes transiturum sit. Donec enim, quaecunque ex locis ipsi subiectis sacris nostris largitionibus debentur, expleta fuerint, non ipse tantum huiusmodi exactionibus obstrictus erit, verum heredes etiam et successores.

§ 3.—Et neque ius asyli dabit quisquam iis, qui ipsius iurisdictioni subsunt, praeterquam ii, qui exactionis periculum, ut dictum est, sustinent, quae fit periculo spectabilis pro tempore praefecti augustalis et obtemperantis ipsi cohortis. Pecuniae autem ad devotos sacrarum largitionum palatinos transferendae sunt, quorum haec res curae incumbit, aut qui alioquin ad hoc a gloriosissimo praefecto inclyto huic magistratui praeposito emittuntur. Neque contra ea, quae ante exposita sunt, ius illud dare quisquam, aut in exactionibus impedimento esse audeat.

§ 4.—Devoti etiam milites, et qui in agris, et qui in urbibus illis sunt, passuri eadem sunt, nisi ipsi quoque opem tulerint omnibusque modis largitionales pecuniae colligantur, et iis, qui in hoc missi fuerint, solvantur, et denique tanta cum alacritate exactio exerceatur, quantam etiam ab arcariis exhiberi praecepimus.

## Cap. XII

Illud vero etiam spectabili praefecto augustali tribuimus, ut in omnibus imperet et militibus, et patriarchis, et rerum fiscalium exactoribus, quae sub ipsius iurisdictione et potestate constitutae sunt. Nec tamen poterit patriarchas improbos aut circa frumentum, aut circa portoria, aut circa alias fiscales res, quae dictas causas vel sumtus per provinciam faciendos concernunt, improbi atque refractarii sint, pro lubitu remove, sed si quid mali fecerint, non removebit quidem illos, in custodia vero constituet, et alios inquiret, qui recte in negotio versentur, et omnia huc solio tuo, et per hoc Imperatori nuntiabit, ut nos omnia cognoscentes, et de illorum, qui recte in negotio versati non sunt, eiectione, et de electorum patriarcharum si placuerit institutione eorumque, quae et ad patriarchias et ad bona earum pertinent, traditione convenienter statuamus.

§ 1.—Sed et qui Alexandriae et per utramque Aegyptum rem publicam administrant, et omnes, qui tributa ipsius exactionibus assignata in locis ipsi subiectis tractant, ipsius imperio suberunt, ita ut potestatem habeat etiam in alias quasdam provincias ipsi non subiectas eundi, et fiscalia ad se trahendi et exigendi, et si qui Alexandriae aut in duabus Aegyptis possessorum alibi degant, aut in provinciis ipsi non subiectis habitent, hos quoque in regionem, quam deseruerunt, reducat, ut rebus fiscalibus ipsi subiectis nihil impedimenti obveniat.

mismo. Pues si hubiere sido desatendida alguna de estas cosas, le amenazará á él peligro así en cuanto á la magistratura como en cuanto á sus propios bienes, y esto no solamente mientras estuviere en la magistratura, sino también después, aun cuando hubiere dejado la magistratura, y habiendo de pasar asimismo á sus sucesores y herederos. Porque mientras no se hubiere satisfecho lo que por las localidades sujetas al mismo se les debe á nuestras sacras liberalidades, estarán obligados á tales exacciones no solamente él mismo, sino también sus herederos y sucesores.

§ 3.—Y tampoco á los que están bajo la jurisdicción del mismo les dará el derecho de asilo cualquiera, sino los que soportan, como se ha dicho, la responsabilidad de la exacción, la cual se hace á riesgo del que á la sazón sea respectable prefecto augustal y de la cohorte que está á las órdenes del mismo. Mas los fondos han de ser transferidos á los devotos palatinos de las sacras liberalidades, á cuyo cuidado incumbe esto, ó á los que de otra suerte son enviados para esto por el gloriosísimo prefecto puesto al frente de esta inclita magistratura. Y no se atreva nadie á dar, contra lo que antes ha sido expuesto, aquel derecho, ó á poner impedimento para las exacciones.

§ 4.—Y también los adictos militares, así los que están en los campos, como los que en aquellas ciudades, habrán de soportar lo mismo, si ellos no hubieren prestado también auxilio y no se recaudaran de todos modos los fondos de liberalidades, y no fueran entregados á los que para esto hubieren sido enviados, y, por último, si no se hiciera la exacción con tanta rapidez como hemos mandado que se emplee también por los tesoreros.

## Capítulo XII

Mas también le encomendamos al espectable prefecto augustal que ejerza imperio sobre todos, así sobre los militares, como sobre los jefes de comarca, y sobre los cobradores de los tributos fiscales, que están puestos bajo la jurisdicción y la potestad del mismo. Mas no podrá remover á voluntad á los jefes de comarca que sean faltos de probidad y morosos ó respecto al trigo, ó en cuanto á los portazgos, ó en cuanto á los otros tributos fiscales, que conciernen á dichas causas ó á los gastos que se han de hacer en la provincia, sino que, si hubieren hecho alguna cosa mala, no los removerá ciertamente, pero los constituirá en custodia, y buscará á otros, que se conduzcan con rectitud en este negocio, y lo comunicará todo aquí á tu solio, y por medio de éste al Emperador, para que, conociéndolo todo nosotros, determinemos convenientemente así en cuanto á la expulsión de los que no se condujeron con rectitud en el negocio, como sobre el nombramiento, si nos pluguiere, de los jefes de comarca elegidos, y sobre la entrega de lo que pertenece á las jefaturas de comarcas y á los bienes de las mismas.

§ 1.—Mas también los que en Alejandría y en ambos Egiptos administran la cosa pública, y todos los que manejan los tributos encomendados á las exacciones del mismo en las localidades subordinadas á él, estarán sujetos al imperio del mismo, de suerte que tenga potestad también para ir á algunas otras provincias no sujetas al mismo, y para avocar á sí y exigir los tributos fiscales, y para que si algunos poseedores de Alejandría ó de ambos Egiptos vivieran en otra parte, ó habitaran en provincias no sujetas al mismo, los vuelva también

Quod idem faciet, si qui ad mensas tuas pertinentia debeant, et tractatores, et qui illorum locum suppleant, et qui exactionibus mensis tuis publicis privatisque inferendis incumbunt, tale quid ipsi significarint. Nam et tunc ad eundem modum et emittere et adducere hos debet, ut et ipsi a tractatoribus tuis exactionem sustineant. Non poterunt autem debitores in aliis locis versantes in fiscalium rerum causa praefectum augustalem exceptione submovere, quasi competens ipsorum iudex non sit. Quod etiam in largitionalibus exactionibus fieri volumus.

### Cap. XIII

Reliqua vero erit in exactionibus cura spectabili praefecto augustali et quae ipsi paret cohorti, quae non solum circa militarem impensam versabitur, cum Alexandriae, tum in duabus Aegyptis, sed etiam in civilibus et solennibus magnae Alexandrinorum urbis et utriusque Aegypti tributis. Debent igitur haec periculo spectabilis praefecti augustalis ipsique parentis cohortis et exigi, et tradi, nec ea res amplius fiat per scribarium tuae excellentiae, quem, quod res militares administrat, *et praefectus Aegyptii* nuncupant. Sed hic quidem plane cessabit, spectabilis autem praefectus augustalis, ipsique parens cohors quibuscunque voluerit modis suo periculo exactionem faciet, et omnibus devotis militibus, qui Alexandriae stationem habent, deputatos ipsis sumtus indicet, suo periculo a subiectis locis et civitatibus exactionem devotis his militibus peragens.

### Cap. XIV

Coges vero etiam pro tempore Alexandrinum vindicem, ut omnes a se faciendos sumtus et in calefacienda publica balnea, et in alia omnia civilia solennia faciat, qui omnes sacrae huic nostrae legi expresse subiecti sunt. Quae descriptio evidenter declarabit, ex quibus locis atque titulis, sive causis et personis hi colliguntur, et quanti sunt, et quem ad modum dispensari debeant, solennes sumtus videlicet, et quotquot in duabus Aegyptis civiles sunt, qui ipsis civitatibus periculo peculiaris harum provinciarum magistratus porrigantur. In iis vero, qui a spectabili praefecto augustali ipsius et cohortis eius periculo dispensabuntur, ius asyli dandi, et quaecumque negotio conducere putaverit, faciendi facultatem habebit, quippe quum periculum in ipsum eius cohortem omne concedat, ut tamen sumtus in Alexandria civitate facti per illos, qui hactenus eos fecerunt, ex more fiant.

§ 1.—Nullus autem sub praetextu, quod spectabili praefecto augustali non subsit, nero vero etiam ipse spectabilis augustalis, eiusque cohors improbitatem aliquam inceptent, et fraudem quamquam aut in illationibus aut in frumenti solenniter illati

á la región, de que desertaron, á fin de que no les resulte ningún impedimento á los negocios fiscales al mismo encomendados. Y lo mismo hará, si algunos debieran algo que pertenece á tus cajas, y los administradores de tributos, y los que suplen el lugar de ellos, y los que cuidan de las exacciones que se han de ingresar en tus cajas públicas y privadas, le hubieren significado al mismo alguna tal cosa. Porque también en este caso deberá enviar emisarios y traerlos del mismo modo, para que también ellos mismos satisfagan la exacción á tus administradores. Mas no podrán los deudores que se hallen en otros lugares recusar con excepción en causa de negocios fiscales al prefecto augustal, como si no fuera juez competente de ellos. Lo que también queremos que se haga tratándose de las exacciones y de las liberalidades.

### Capítulo XIII

Mas tendrán también el espectable prefecto augustal y la cohorte que está á las órdenes del mismo en cuanto á las exacciones otro cuidado, que recaerá no solamente sobre los gastos militares, ya de Alejandria, ya de ambos Egiptos, sino también sobre los tributos civiles y acostumbrados de la grande ciudad de Alejandria y de ambos Egiptos. Deben, pues, ser exigidos y entregados éstos bajo la responsabilidad del espectable prefecto augustal y de la cohorte que está á sus órdenes, y no se haga en lo sucesivo esto por el secretario de tu excelencia, á quien, porque administra las cosas militares, llaman *estratiota* los Egipcios. Sino que éste cesará ciertamente por completo, y el espectable prefecto augustal hará, juntamente con la cohorte que está á las órdenes del mismo, la exacción bajo su responsabilidad de la manera que hubiere querido, y les dará á todos los adictos militares, que tienen su estación en Alejandria, los gastos asignados para los mismos, llevando á cabo á su riesgo en los lugares y ciudades á él sujetos la exacción para estos adictos militares.

### Capítulo XIV

Mas también obligarás al que á la sazón sea defensor de Alejandria á hacer, tanto para la calefacción de los baños públicos, como para todas las demás cosas civiles acostumbradas, todos los gastos que se deben hacer por él, los cuales se hallan todos puestos expresamente al pie de esta nuestra sacra ley. Cuya reseña declarará evidentemente de qué lugares y títulos, ó causas y personas se recaudan, y cuánto importan, y de qué modo se deben invertir estos gastos legítimos, y cuánto importan los civiles que en ambos Egiptos se les suministran á las mismas ciudades bajo la responsabilidad de la peculiar magistratura de estas provincias. Mas en cuanto á los que se suministraren por el espectable prefecto augustal á riesgo del mismo y de su cohorte, tendrá facultad para dar el derecho de asilo, y para hacer todo lo que juzgare que es conducente para este negocio, porque ciertamente toda la responsabilidad recae sobre el mismo y su cohorte, pero de suerte que los gastos hechos en la ciudad de Alejandria se hagan según costumbre por aquellos por quienes hasta ahora se hicieron.

§ 1.—Mas nadie, so pretexto de que no está sujeto al espectable prefecto augustal, ni aun el mismo espectable augustal, ni su cohorte, se propongan alguna improbitad, y cometan un fraude cualquiera ó en la contribución ó en el transporte del

trasvectionibus committant, sed pure rem tractent, et pro cura atque sollicitudine reipublicae, expensentes rei necessitatem, et scientes, extremo supplicio obnoxios se fore, non solum si quid hac in re dolose fecerint, verum etiam si quam machinationem in ea re admiserint.

### Cap. XV

Illud vero etiam ab excellentia tua nobis relatum in hac lege inscribendum esse duximus. Gloria enim tua, quum in dicta civitate Alexandria omnia perscrutaretur, invenit in tabula, quae temporibus Anastasii pia memoriae confecta fuit, quando Marianus gloriosae memoriae sub ipso res administrabat, exstitisse tabulam publicam, cum vindicis in modum Potamon fiscalibus Alexandrinis praeesset. Qua in tabula descriptis erat rerum exportandarum titulus, qui diversis causis mille aureos ita expensos ferret: quadringentos (1) quidem nonaginta duos publicis eiusdem civitatis balneis, quadringentos autem et undeviginti anticantharo, qui dicitur, et quingentos quinquaginta octo aureos cum dimidio portiorum susceptori, ut descripta summa in mille quadringentos sexaginta novem aureos exsurgat. Deinde vero ab iis, qui rempublicam administrant, in eandem rerum exportandarum causam aureos centum perceptos esse, praefectum autem pro tempore augustalem pro triginta sex pullis equinis trecentos et viginti aureos accepisse, tantum praebere dictae Alexandriae civitatis equestribus ludis, atque hanc quidem formam esse non solum magistratus illustrissimi Strategii, verum etiam usque ad secundam indictionem praeteriti circuli, quae fuit ante annos quindecim, durasse. Ex eo autem tempore quorundam negligentia, aliorum autem dolo, plurimorum vero furto eam rem paulatim imminutam esse, atque privari et publica balnea quadringentorum nonaginta duorum aureorum summa, et portoria quingentorum quinquaginta octo et semissis aureorum illatione occasione illis data inde, quod nonnulli partim ex aula, partim ex soliis tuis facultatem sibi pararent, etiam gratis e dicta civitate Alexandria tegulas aliasque species, quae istiusmodi tributo obnoxiae sunt, exportandi, atque ita quidem memoratam civitatem paulatim esse extenuatam.

### Cap. XVI

Excellentiam itaque tuam et in haec animum intendentem amplexi sancimus, nec aliquibus istiusmodi omnino sacram principalem formam data (2) quidquam utilitatis afferre, se omnes agnoscere id, quod usque ad illustrissimi Strategii tempora dederunt; nec etiam spectabilem praefectum augustalem maiores sumtus facere, quam antea et temporibus illustrissimi Strategii fieri soliti sunt, neque novo aliquo commento tributa illa attingere, sibi que vindicare, sed veterem formam, quae usque ad Strategium illustrissimum illum et ipsum obtinuit, custodiri, nec pro tempore augustali contentionis occasionem dari, ut hic, nihil se cepisse, ille vero, minus se cepisse, dicat, sed ex universa

(1) trecentos se leía en el texto latino, sin duda por errata, porque *treparatois* dice el griego, y quadringentos la versión de Agileo.—N. del Tr.

trigo legalmente entregado, sino manejen con pureza la cosa, y con cuidado y solícitud por la república, considerando la necesidad de la cosa, y teniendo entendido que habrán de quedar sujetos al último suplicio, no solamente si en esto hubieren hecho algo con dolo, sino también si en ello hubieren hecho alguna maquinación.

### Capítulo XV

Mas hemos considerado que también se debía incluir en esta ley aquello de que se nos hizo relación por tu excelencia. Porque tu gloria, investigándolo todo en dicha ciudad de Alejandria, halló en una tabla, que se hizo en tiempos de Anastasio, de piadosa memoria, cuando Mariano, de gloriosa memoria, administraba en la época del mismo los negocios, que existió una tabla pública, cuando á la manera de defensor estaba Potamón al frente de los tributos fiscales de Alejandria. En cuya tabla se hallaba descrito el catálogo de las cosas exportables, el cual comprendía por diversas causas mil áureos así invertidos: cuatrocientos noventa y dos para los baños públicos de la misma ciudad, cuatrocientos diecinueve para el que se llama *anticantharo*, y quinientos cincuenta y ocho áureos y medio para el recaudador de los portazgos, de modo que la suma reseñada asciende á mil cuatrocientos sesenta y nueve áureos. Pero que después se percibieron por la misma causa de cosas exportables cien áureos por los que administran la república, y que el que á la sazón era prefecto augustal recibió por treinta y seis potros trescientos veinte áureos, y daba otros tantos para los juegos ecuestres de dicha ciudad de Alejandria, y que esta disposición era, á la verdad, no solamente de la magistratura del ilustrísimo *Estrategio*, sino que duró también hasta la segunda indicción del ciclo pasado, que transcurrió quince años antes. Mas que desde entonces, por negligencia de algunos, por dolo de otros, y por hurto de muchos se disminuyó paulatinamente esta cosa, y se privaba á los baños públicos de la suma de los cuatrocientos noventa y dos áureos, y á los portazgos del pago de los quinientos cincuenta y ocho y medio áureos, habiéndoseles dado ocasión á ellos por esto, porque algunos se procuraban ya de la corte, ya de tu solio facultad para exportar también gratuitamente de dicha ciudad de Alejandria tejas y otras especies, que estaban sujetas á este tributo, y de este modo se fué, á la verdad, empobreciendo paulatinamente la mencionada ciudad.

### Capítulo XVI

Y aceptando el parecer de tu excelencia y el propósito á que tiende en esto, mandamos, que absolutamente á nadie le produzca utilidad alguna una tal sacra disposición del príncipe dada para él, sino que paguen todos lo que dieron hasta los tiempos del ilustrísimo *Estrategio*; y que tampoco haga el espectable prefecto augustal mayores gastos de los que solieron hacerse antes y en los tiempos del ilustrísimo *Estrategio*, ni eche mano por alguna nueva ficción á aquellos tributos, y los reivindique para sí, sino que se guarde la antigua disposición que hasta el mismo ilustrísimo *Estrategio* estuvo en vigor, y no se le dé al que á la sazón sea augustal ocasión para contienda, de suerte que uno diga que

(2) Aquí data, y poco después se, en lugar de datam y de sed, son, sin duda, erratas que no se hallan en la versión latina de Agileo.—N. del Tr.

summa mille octingentorum octoginta et novem aureorum aureos trecentos sexaginta novem relevari. Volumus enim benignius quam exactius agere, et ob collectionem praefecti pro tempore augustalis alios mille quingentos et viginti aureos solos ex titulo inferri, ex quo aureos trecentos illos et viginti aureos sibi imputet spectabilis augustalis occasione triginti sex pullorum, quos ex antiqua consuetudine Alexandrinis equestribus ludis suppeditare tenetur, spectabilis praefectus augustalis sibi imputabit (1), reliquos vero mille ducentos aureos eidem in annonas ipsius imputari, ita vero rem facilem esse, pristina ratione servata, et nulli prorsus improbitatis occasione data. De publicarum autem balnearum calefactione, et anticantaro, et publicis portoriis ex aliis causis descriptio in hac sacra lege instituetur.

## Cap. XVII

Quoniam vero Mareotidem Libyco tractui subiecimus, et fortasse nonnulli ex Alexandrina civitate in popularibus seditionibus deprehensi illuc fugiant, quo sibi inferendas a spectabili praefecto augustali poenas evitent, sancimus facultatem esse pro tempore spectabili augustali mittendi illuc ob hanc causam et solam commentariensem, cum literis publicis ad eum, qui clarissimi provinciae Libyae praesidis locum obtinet, datis, ut illos et comprehendat, et per cohortes militesque, qui sub ipso sunt, tradat, ne quisquam eorum, qui Alexandriae publicos tumultus moverint, illuc confugiat, et spectabilis praefecti augustalis poenas evitet. Insuper et illi ipsi, qui istis partibus praeest, facultas erit, ut, si quos tales inveniat, eos et comprehendat, et castiget, atque publice manu liberet eos (2). In his itaque dictum magistratum circumscribimus, et ut ea faciat instituímus, quae hac lege descripsimus. Sic enim et cura ipsi rei sufficiens erit, et undique constituta et bene ordinata, nullamque ad confusionem furtumque propensis maleficii occasionem praebebit.

## Cap. XVIII

Hinc nos cura Libyconum limitum vocat, quos ad Paratonium constituimus, dantes ei etiam militarem manum, quae in illis locis barbaros compeccat. Volumus enim, spectabilem etiam Libyae ducem castra quidem obtinere, ut dictum est, per Paratonium et per subiectas illi civitates, in quibus constituti sub ipso erunt milites, qui ipsius iussis obsequantur, percipiet autem et ipse deputata ipsi emolumenta, pro annonis quidem in speciebus nonaginta, et pro capitibus centum et viginti aureos supra mille quinque et quadrantem, pro annonis autem in auro quinquaginta, et pro capitibus aureos quadringentos, et insuper quae ei paret cohors aureos centum octoginta septem; et milites, id est ex his Libybus Iustinianeis, et qui apud aliquam Iustinianearum cohortium dictis locis assignatarum sunt, suas annonas, quemadmodum respubli-

(1) Evidentemente, esta oración, spectabilis—imputabit, ha de suprimirse por hallarse repetida antes: sibi imputet spectabilis augustalis. En la versión latina de Agileo no hay tal repetición, en la cual se ha incurrido al modificar aquella.—N. del Tr.

él nada recibió, y el otro que él recibió menos, pero de la suma total de los mil ochocientos ochenta y nueve aureos se rebajen trescientos sesenta y nueve aureos. Porque queremos que obre con más benignidad que rigor, y que por causa de la recaudación del que entonces sea prefecto augustal se ingresen solos otros mil quinientos veinte aureos por este título, del cual impútese á sí el espectable augustal aquellos trescientos veinte aureos con ocasión de los treinta y seis potros que por antigua costumbre está obligado á suministrar para los juegos ecuestres de Alejandria, é impútense los otros mil doscientos aureos para las annonas del mismo, y así será fácil la cosa, conservándose la primitiva cuenta, y no habiéndosele dado absolutamente á nadie ocasión para falta de probidad. Mas en cuanto á la calefacción de los baños públicos, y al anticantaro, y á los portazgos públicos se hará en esta sacra ley señalamiento por otras causas.

## Capítulo XVII

Mas como á Mareotis la hemos puesto bajo la dependencia de la región de la Libia, y acaso algunos de la ciudad de Alejandria sorprendidos en sediciones populares huyen allá para evitar las penas que se les deben imponer por el espectable prefecto augustal, mandamos que tenga facultad el que entonces sea espectable augustal para enviar allá por esta sola causa un escribano, con cartas públicas dadas para el que ocupa el lugar del muy esclarecido presidente de la provincia de Libia, con objeto de que los prenda, y los entregue por medio de las cohortes y militares, que están bajo su dependencia, á fin de que no se refugie allá y eluda las penas del espectable prefecto augustal ninguno de los que hubieren promovido tumultos públicos en Alejandria. Tendrá además facultad el mismo que es presidente en estas regiones, para que, si hallara á algunos de estos, los prenda y castigue, y los libre públicamente de su poder. (3) Así, pues, circunscribimos á estas cosas la dicha magistratura, y la instituímos para que haga lo que en esta ley hemos reseñado. Porque así tendrá suficiente cuidado esta cosa, y estando en todo bien establecida y ordenada, no les dará á los propensos á la confusión y al hurto ocasión alguna para hacer mal.

## Capítulo XVIII

Nos llama de aquí el cuidado de los límites de la Libia, que hemos establecido en Paratonio, dándole también fuerza militar, que apacigüe en aquellos lugares á los bárbaros. Pues queremos que también el espectable duque de la Libia tenga ciertamente campamentos, como se ha dicho, en Paratonio y en las ciudades dependientes de él, en que hubiere establecidos militares subordinados al mismo, los cuales obedezcan sus órdenes; pero también él percibirá los emolumentos señalados al mismo, por annonas noventa aureos en especies, y por raciones de caballo ciento veinte aureos sobre mil cinco y cuarto, y en oro por annonas cincuenta, y por raciones de caballo cuatrocientos aureos, y además, ciento ochenta y siete aureos la cohorte que está á sus órdenes; y los militares, esto es, los de estas Libias Justinianas, y los que están en algu-

(2) Esta frase, que aun en el texto griego se halla muy adulterada, no nos ha sido posible traducirla de modo que tenga claro ó exacto sentido.—N. del Tr.

(3) Véase la nota 2.

ca ipsis constituit, percipient; manifestum autem est, et omnia solennia in civitatibus earum constituta eis danda esse, quemadmodum hactenus data sunt. Similiter vero et provincialis magistratus, et parens ipsi cohors suas annonas habebunt.

§ 1.—Verum quoniam, si quis omnes hosce sumtus computet, non sufficiens foret ex locis ipsi subiectis sive ex Libyum provincia illatio, idcirco necessarium esse duximus, ut etiam Mareotidem, quae dicitur, et Menelaitam urbem, quae ante Aegyptiacam provinciam sita est, ipsi adiceremus. Nec enim aliter efficere possit, ut e publico militibus sub ipso constitutis salarium suppeditetur, si danda aliunde pendeant, ac sub alio magistratu contribuatur et innumerae hinc ex diversitate magistratum sollicitudines atque tumultus essent uxorituri. Atque ille quidem dictis locis praerit, tu vero proprio periculo, tibi que parens cohors, et civilis magistratus una cum sua cohorte et exactionem perficietis, et quod collegeritis militibus vobisque ipsis distribuetis, ut ipsorum et sumtus et annonae hinc conficiantur, proprio periculo exactione illorum facienda.

### Cap. XIX

Ne vero inde cuiquam machinandi, et maiores sumtus faciendi, aut minorem illationem dicendi occasionem demus, hoc etiam convenienter constituentes per subiectam huic sacrae legi descriptionem prudenter constituimus, et manifestum fecimus, quantus quidem est canon, qui tribunali tuae excellentiae competit, et ex dictis provinciis locisque, et ex Libya ipsa, et Mareotide, et Menelaita civitate infertur, quantae vero expensae, quas ibi circa magistratus, et cohortes, et solennia, et devotorum militum alimoniam fieri convenit. Spectabilis autem praefectus augustalis nullam communionem habeat, nec eius cohors, cum dicto duce et subiectis ipsi provinciis, et civitatibus, et locis, neque alius quis provincialis magistratus, sed ipse spectabilis dux, et civilis Libyae magistratus in dictis locis in pecuniariis et criminalibus causis, et in publicis exactionibus omnem potestatem obtinebit, ut tamen quaecunque in Libya sunt, et omnes, qui illa loca habitant possessores in suis possessionibus, et harum incolae, spectabili duci subiecti sint. Etsi enim in aliis provinciis habitent, possideant autem in dictis civitatibus aut locis, quibus spectabilis dux praeeat, similiter etiam hos in publicis exactionibus ipsi subiecti volumus, ut potestatem habeat, et ad ipsos mittendi, et exigendi, et omnia, quae exactionis ratio postulat, faciendi.

### Cap. XX

Quoniam vero etiam sacrae nostrae largitiones ex his provinciis atque locis, quae dicto Libycorum limitum duci parent, nonnulla recipiunt, nos vero aequalem atque similem illis curam impendimus,

na de las cohortes Justinianas asignadas á dichos lugares, percibirán sus annonas según para los mismos determinó la república; mas es manifesto que se les habrá de dar también, como hasta ahora se ha dado, todo lo que por costumbre se halla establecido en las ciudades de ellas. Y de igual modo tendrán sus annonas el magistrado provincial, y la cohorte que está á las órdenes del mismo.

§ 1.—Mas como si alguien computara todos estos gastos no habría de ser suficiente la contribución de los lugares sujetos al mismo ó de la provincia de la Libia, hemos considerado por ello necesario agregarle al mismo también la que se llama Mareotis y la ciudad de Menelaita, que se halla sita antes de la provincia de Egipto. Porque no se podría hacer de otro modo que de los fondos públicos se les pagase su salario á los militares puestos bajo la dependencia del mismo, si lo que se ha de dar dependiera de otra parte, y con ello se contribuyera bajo otro magistrado, y de aquí hubiesen de surgir por la diversidad de magistraturas innumerables molestias y tumultos. Y él estará ciertamente al frente de dichos lugares, mas tú bajo tu propia responsabilidad, y la cohorte que está á tus órdenes, y el magistrado civil, juntamente con su cohorte, llevaréis á cabo la exacción, y lo que recaudéis lo distribuiréis para los militares y para vosotros mismos, de suerte que de aquí se completen los gastos y las annonas de los mismos, debiéndose hacer la exacción bajo la propia responsabilidad de aquellos.

### Capítulo XIX

